



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Conde[m]natio erroru[m] Arrii, & de [...]. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

EX vtraq; historia permutatum.

## Caput II.

**T**Vnc de fide ibidem subtiliter differtur, errorq; Arrij cōdemnatur manifestis scripturæ dictionibus, quia & deo filius naturaliter vnigenitus est verbum, virtus, sapientia solius patris, & deus verus, sicut Iohannes ait, splendor glorię, & figura substantiæ patris. Verū post diuturnū multumq; tractatum, placet omnibus *ὁμοούσιον* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri. Defertur ad Constantinū sacerdotalis concilij sentētia, quam ille vt à deo prolatam veneratur, & cōtradicientibus comminatur exilium. Exemplum autē sententiæ vel Nicenæ fidei est huiusmodi.

## Caput III.

**C**Redimus in vnum deum patrem omnipotentem omnium visibiliū & inuisibiliū, & in vnū dñm Iesum Christum, filium dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, *ὁμοούσιον*, hoc est, eiusdē cum patre substantiæ, per quē omnia facta sunt, quæ in cælo, & q̄ in terris, qui propter nos homines & propter nostrā salutē de cælis descendit, & incarnatus est, hoc ē. factus. Passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Dicentes autē, erat aliquñ, non erat antequā nasceretur, vel nō erat antequā fieret. Aut quia ex non extantibus factus est, aut ex alia substantia, vel ex subsistentia, dicētes etiā aut conuertibilem, aut mutabilem filium dei,

F